



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XX. Die Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XX. DIE MAII.

IOANNES SEVILLA

COADIUT.

Hispanus.
Granatæ. 20
Maij 1607.
Soc. 32.

Vocatio.

Humilitas.

Oratio.

Silentium.

Jerem. 31.
n. 17. 18.

Huius in Societate petenda constantiam, in impetratâ humilitatem, silentium, modestiam hisce verbis perferibunt Socij Granatenses: Ut in Societatem adferberetur ad eò constanter, & serid laborauit, vt tres hiemali tempore noctes ad limina nostræ ianuæ immobilis perstiterit, firmo animi decreto illinc non recedendi, donec esset in Societatem coopertus. Composque voti factus, cum supra consilium, ac prudentiam, quâ præstabat, latini sermonis non esset imperitus, & sacros Canones per duos annos delibasset, minoribusque esset initiatus ordinibus, induci nunquam potuit, vt inchoata studio non desereret: quin potius ita Marthæ sorte contentus semper fuit, vt in eo annis duobus, & quinquaginta, quos in Societate vixit, ne minimum quidem vestigium literarum apparuerit: quippe quas ille mirâ cautione, & submissione occultare semper studuit; taciturnitatemque in rebus omnibus perpetuò coluit, cum ea totius corporis modestiâ sociatam.

P. P E T R V S
P A E S.Hispanus
Gorgortæ
in Æthiopia.
26. Maij. 1622.

Per ingentia maris, hominumque pericula in Æthiopiam penetrauit, ærumnas, inedia, contumelias, carceres perpeffus; in arctâ custodia catenis breuibus vinctus, & ad remos iâ strirmi damnatus. Æthiopicæ missio-

nis verè pater fuit per ipsos annos XIX. ad excipiendam Sultani Seguedi Imperatoris Æthiopiæ Ecclesiæ tunc se addicentis confessionem euocatus per 10. dies pedes, & ieiunans iter intendit in caloribus. Atque illud negotium peractum, feliciter postremum ei fuit in vita. Nam reuersum, morbus, ac mors excepit. Imperator, ipso audito eius mortis die pullam vestem induit; nullum cibum, nullum doloris leuamentum admisit; ad eius sepulchrum postea expansis brachijs vbertim fleuit; Patrem, Doctorem, amicum suum illum appellans, In litteris ad Prouincialem de illo datis Venerandus, inquit, P. Petrus Pæz perfectissimum protorypon pœnitentiæ, & virtutis, pater animæ nostræ, sol resplendentissimus, & qui cinctus clarissimis radijs veræ lucis illuminauit Æthiopiam, & dissecit tenebras Eutychetis. Postquam sol hic lucidissimus eclipsatus est, & ab oculis nostris euauit, pro læticia successit in nobis, mœror, pro gaudio planctus; neque is qualiscumque sed qualis Alexandriæ excepit obitum Sancti Marci, & Romæ iacturam SS. Petri, & Pauli Apostolorum Christi. Sed quid hic verba facimus de præstantissimis virtutibus huius Apostoli, qui intus, & foris in dictis, factisque nihil, nisi humilitatem spirabat? si charta hæc amplitudine cælum exæquaret, & atramentum mare, omninò impar nobis videretur capiendæ vel minimæ partis bonitatis, & fructus tanti Patris. Os fuit nostræ benedictionis, noster Magister, noster Apostolus, quantum quantum est laude dignus.

Iter.

Fidei præparata.

Biblioth. Script.

Humilitas.

M m 2 IOAN.

IOANNES CREVEL
COADIUT.

Gallus Rhe-
mis. 20. Maij
1628.

Labores.
Vesper.
Euch.

Rides.

Perpetuum orandi studium illi cotis instar fuit ad labores, vt non minus ipse vnus, quàm tres Coadiutores alij, laboraret. Vesper antequam cubitum concederet, coram Sanctissimo Sacramento prolixè cor effundebat. Vestes illi laceræ, & quæ vix illum satis rege- rent taceo frigus arcerent. Tametsi natura esset ardentior; sui tamen domitu ed euaserat, vt nunquam commoueri sit visus, quicquid occasionum se offer- ret. Sanguinis pro fide fundendi fla- granter cupidus, notatus est audito martyrologio manus iungere; ac oculos in cælum leuare, desiderij sui indices, & coram Deo interpretes. Et verò ieiunia, feriæ sextæ cultus, accu-

ratio domesticæ disciplinæ, sui afflictio eiusmodi in eo fuere, cuiusmodi par est esse in eo, qui serid dolere sibi deesse martyrium edque ipse con- titur voluntario sui martyrio non de- esse.

FRANCISCVS RI-
GAVLT COAD.

Vo in hoc, præter alias optimæ notæ Coadiutoribus dignas lau- des, commendantur: alterum quod in conuictu degens per ipsos 20. annos primo sacro ministrare quotidie ne semel quidem vnquam omiserit, in- signi planè inter tot negligentia occa- siones constantiâ; alterum quod in si- lentij legem illum peccare nullus vn- quam aduerterit.

Gallor. Me-
sponsio
Maij. 6.

Mant.

Silentium

Fides.

XXI. DIE MAII.

P. GUIDO
ROILETVS.

Gallus Bil-
loini. 21.
Maij 1570.

Charitas.

Misericord.

Euch.

Hunc primum aiunt in Collegio Romano Philosophicas discipli- nas tradidisse. Ad stipes pro oc- cultis inopibus procurandas valuit auctoritate, misericordiâ, ingenio: id- que vt faceret matronæ nobiles, per- suasit; vt Urbicus procurator pro illis constitueretur, effecit. Sensim lique- scēbat illi exangue corpus laboribus pro Deo susceptis ceu viua hostia Deo. Allatum diuinum viaticum per incon- stantiam stomachi sumere cum non posset, adorauit, & ita est allocutus, vt ijs qui aderant multum excusserit lachrymarum. Cæterum in crucifixi complexum, & oscula vltimas vires

effudit tanto sensu, vt diuinæ miseri- cordiæ nutu præsens tunc Billomeus cuius, homo terti aliàs ingenij, ac lin- guæ præ ferocis, cui ad frugem redu- cendo P. Guido diu nequiequam insu- darat, illâ tam sancti agonis appa- ritione, ac spectaculo emollitus, perui- caciæ suæ veniam petierit projectus in genua. Ita & vita, & mors Roi- letti pretiosa, & ad aliorum salutem salutaris fuit.

Morini
adiff.

P. GABRIEL DE
LA VEGA.

Omibus laborum, missionibus familiarium, oneribus abundè respondit. De illo Chilense Collegium, post alia plura, sic scribit. Quodquid de optimo quopiam Societatis opera-

Hispanus
in Collegio
Chilensi. 11.
Maij. 60.
1717. 38.
Soc. 12.

110